



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

De pollutione. c. 59

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

De defectibus

la contritio sine confessione, vt dictum est. In nullo autem casu potest aliquis celebrare, vel communionem recipere sine contritione: quia mortaliter peccat.

De pollutione. Cap. 59.

Pollutio in fornicis impedit cōionem, quando causata est a cogitatione precedenti, que fuerit peccatum mortale, si consensus fuerit in tali cogitatione de actu, vel si consensit in delectatione cogitationis. Si dubium est, vtrum in precedenti cogitatione fuerit peccatum mortale, abstinendum est: nisi necessitas aliqua requirat, q̄ celebret, siue cōicet. Si vero certus est, q̄ in precedenti cogitatione non fuerit peccatum mortale: vel si nulla cogitatio precesseris, que causa pollutionis fuerit: cōicare potest: nisi pollutio t̄m perturbauerit mentem ex cōmōtione corporis, q̄ deuotionem habere non possit: et cum fuerit abstinendum, tempus quo abstinendum est sunt. 2. 4. horę. Hęc S. Tho.

Si sacerdos post cōsecrationem inceptam recordetur se comedisse vel bibisse, nihilominus debet perficere sacrificium et sumere sacramentum. Et si recordetur se peccatum commississe, debet penitere, et dolere cuz proposito consistendi, et satisfaciendi: et sic non indigne, sed fructuose potest sumere sacramentum. Et eadem rō est, si inemerit se cuiuscumq; ex cōicationis subiacere. Debet enim assumere propositum absolutionem petendi, et sic per inuisibilem pontificem Iesum Christum absolutionem consequitur quantum ad hunc actum, per quez agit diuina ministeria. Si vero ante consecrationem alicuius p̄dictorum memor sit, tutius reputarem, et maxime in casu ex cōicationis, suspensionis, et interdicti, ac manducationis q̄ missam inceptam deserat: nisi tumeretur graue scandalum. Hęc sanctus Thomas.

**De defectibus missam celebranti interdum
occurrentibus. Capitulum 60.**

Sacerdos qui celebrat missam, debet semper sumere sacrum integrum: vt dicitur supra in rubrica de defectu panis et vini. Quod debeat sumere, patet de consec. dist. 2. relatum. Quoties autem sumat: quoties celebrat: quia ipsum sacrum in assumptione complementum sue significationis accipit. Et intelligendus est, nisi per violentiā impediatur, vel per infirmitatē, vel per mortem, vel huiusmodi. Et si plures missas aliquis celebrat in
vna